

5 ubi Glos. C. si aliena res pign. data sit, et sive probetur de dominio directo, vel utili sufficiat, ut in l. tutor 16. §. fin. D. de pign. act. l. lex vectigali 31. D. de pign. imò et sufficeret probare, ipsum fuisse quasi dominum, hoc est, cum titulo, et bona fide possedisse, ita quòd habebat Publicianam, ut in l. si ab eo 18. D. de pign. Glos. in l. si rem alienam, ubi per Bart. D. de pign. act. ubi Bart. dicit, debere intelligi, quòd in ista lege et similibus habetur, quando creditor ègit hypothecaria utili, vel directa: si tamen ageret interdicto Salviano, tunc sufficeret probare possessionem debitoris, ut in l. 1. et ibi notatis, C. de Salv. interd. et D. eod. l. 1. ubi et Bartol. et Angel. Aret. in §. item Serviana, column. 5. Inst. de act. Et adverte, quia ista procedunt, quando agitur contra tertium possessorem, et isto casu loquitur ista lex Partitarum; nam si ageretur hypothecaria contra principalem debitorem, sufficeret probari, quòd debitor bona fide possidebat tempore obligationis, ut notat Glos. et ibi Bart. in dict. l. cum res: non enim tunc potest debitor deferre quæstionem dominii, vel alicujus juris. Et attende, quòd in casu quo agitur contra tertium possessorem, Bart. indistinctè vult in dict. l. rem alienam, col. antepen. in medio, quòd sive iste tertius possessor habeat titulum à debitore, sive non habeat, et sive habeat, titulo lucrativo, vel oneroso, necesse habeat creditor probare dominium, vel quasi dominium, ut dictum est. Idem tamen Bart. in dict. §. cum res ad finem, fuit in hoc sibi contrarius, et distinguit, quòd aut extraneus possessor habet causam à debitore lucrativam, et tunc idem sit dicendum, ac si ageretur contra debitorem principalem: secus tamen esset, si haberet causam onerosam à debitore, quia tunc probandum esset de dominio, ut dictum est, argumento l. apud Celsum 4. §. de auctoris 27. D. de doti excep. si verò extraneus possessor non habet causam ab ipso debitore; tunc oportebit probari per creditorem, debitorem fuisse dominum, vel tempore obligationis bona fide, et titulo possedisse: et non solum Bart. fuit in hoc puncto varius, imò et Glossæ variarunt, ut patet ex Gloss. in §. item Serviana, Inst. de act. et in l. usucapio, C. de pign. in glos. magna, et in authen. de triente, et semis. §. illud quoque, collat. 4. in glos. que incipit rei vend. et in l. si superatus, D. de pign. ubi indistinctè voluerunt, necesse esse probari de dominio debitoris; alibi verò Glos. voluit sufficere, si p. obetur, quòd tempore obligationis debitor possidebat bona fide, ut dicit Glos. in dict. l. rem alienam, prout in aliquibus libris deficit ibi verbum cum titulo: quia ea, quæ bona fide possidemus, in bonis nostris esse videntur, l. bonorum 19. D. de verb. sig. et idem voluit Glos. in dict. l. cum res; et istam opinionem firmat Angel. Aret. in dict. §. item Serviana, subdens, quòd ista opinio servatur in practica, et istam contrarietatem perpendit collector decisionum Consilii Neapol. decis. 585. ubi subdit, quid in dicto Consilio hactenus observatum sit in practica. Spec. etiam tit. de oblig. et solut. §. 1. colum. 10. vers. sed quando dicitur esse in bonis, et vers. quid sit proba, disputat istam quæstionem, et tandem concludit, quòd si tertius possessor utitur jure debitoris, ut quia præterdit causam ab eo, sufficit probare, debitorem rem obligatam possedisse tempore obligationis: quia sicut hoc sufficeret contra debitorem, sic et contra habentem causam ab eo, et suo jure utentem: si verò non utatur jure debitoris non sufficeret probatio solius possessionis debitoris, et sic tertius possessor erit absolvendus; et in istam sententiam Spec. inclinare videtur Bart. in dict. §. illud quoque, dum se remittit ad dict. Spec. in loco allegato. Idem tamen Spec. tit. de pign. §. 1. colum. 5. versic. sed queritur aliter dicit: asserens nulla lege caveri, quòd, quando habens simplicem rei possessionem eam obligat, nascatur hypothecaria, quia vix etiam hoc in Publiciana conceditur, ut in dict. l. si ab eo; et tandem dicit attendenda esse, quæ notat in loco superius allegato Joan. And. in addit. ad Spec. in dict. vers. sed queritur, ponit etiam varias opiniones, et in tit. de oblig. et solut. col. 10. vers. item pone, in addit. super parte obligata, ponit ad litteram dicta Jacob. de Aret. in quæstione sua, quæ incipit, Titius accepit in fin. et ibi plenè disputat hanc quæstionem, arguens ad partes, et solvit, quòd si debitor possessionem quæsit cum titulo, sufficit creditori agenti hypothecaria, per dict. l. si ab eo, et l. si inter §. 1. D. de pign. si verò sine titulo, tunc si agat hypothecaria, malè agit, non aliter probans de dominio debitoris: si tamen agit ad possessionem, et tunc si debitor poterat talem possessionem advocare, ut dicitur in l. 2. D. de conduct. tritic. l. C. unde vi, l. fin. vel alio simili iudicio, et quia tunc non videtur perdita possessio, sed apud alium

est eadem, quæ fuit debitoris, poterit agere, sicut et posset contra debitorem debitoris: cum debitor nunc sit creditor possidentis, ut D. de verb. signif. l. creditores 10. si autem possessionem advocare non poterat, tunc creditor de possessione debitoris, quæ extincta est, agere non poterit, ut D. de acquir. posses. l. Pomponius 15. §. fin. et l. cum hæredes 25. Alber. in dict. l. cum res, post varias opiniones relatas dicit, quòd semper vidit in iudicio servari, quòd si agatur contra debitorem, vel ejus hæredem, habeat locum Glos. dict. l. cum res, volens, quòd sufficiat probare de possessione; si verò agatur contra extraneum, servetur gloss. posita in dict. l. rem alienam, prout est ibi verbum cum titulo, ut ego habeo; et sic requiratur, quòd possessio sit titulo, et bona fide acquisita. Teneas ergò menti istam legem Partitarum, quæ decidit altercationes istas, et vult, quòd non sufficiat probari de sola possessione debitoris, quando agitur contra extraneum possessorem; sed oportet probari de dominio ipsius debitoris, vel saltem quòd habuerit potestatem, et jus dandi in pignus talem rem, veluti si res sibi erat debita, ut in l. 7. supra eod. et quòd ibi dixi, vel habeat Publicianam, vel hypothecariam actionem, vel utilem rei vindicationem, l. si res, §. fin. et l. si ab eo 18. et l. si inter 21. §. 1. et l. grege 15. §. 2. et §. in superficiariis 5. D. de pign. et supra eod. l. 7. in re autem aliena, in qua nullum jus habebat, licet ipse possideret, non poterit jus pignoris constituere, ut in l. quæ prædium 6. C. si alien. res pign. data sit, et habetur in dict. l. rem alienam, 1. respons. D. de pign. act. et in l. 1. D. de pign. et l. 9. supra eod. et tradit Azo C. eod. in summa, colum. 1. versic. potest quis pignori obligare. Et procedet, quòd in hac lege dicitur, sive agatur hypothecaria, sive utili Salviano interdicto; licet in Salviano interdicto Bartol. ubi supra et Doctor. post Glos. in dict. §. item Serviana, voluit contrarium, excepto Jasone ibi, qui meo iudicio melius hoc intellexit; et quia Salvianum interdictum, sive directum, sive utile, tantum competit pro rebus illatis in fundum rusticum, vel urbanum, non aliàs, et sic neque de jure communi in aliis rebus non competit; et quia in istis legibus Partitarum non reperitur aliquid de hoc interdicto Salviano ultra ea, quæ habentur in l. 5. tit. 6. ead. Part. Et hæc planè procedunt, quando fuit specialis hypotheca; nam si fuisset generalis omnium bonorum, in qua etiam includuntur jura, et actiones, tunc, si debitore competeat aliquod interdictum ad advocandam possessionem, poterit dari creditori utile interdictum ad advocandam possessionem, et tali casu non oporteret amplius quàm de possessione probari; et ita procedet, quòd supra traditum fuit de dictis Jacob. de Aret. et Joann. Andr. et tenet Bartol. in dict. l. rem alienam, colum. penult. Salic. post Cinnam, in dict. l. cum res, Jaso in dict. §. item Serviana, colum. 14. Et adde, quòd procedit, quòd habetur in ista lege, etsi mulier agat hypothecaria pro dote sua, juxta l. ubi adhuc 29. C. de jur. dot. secundum Bald. ibi colum. 1. nam et tenebitur probare, quòd hic habetur: in casu tamen authen. contra cum rogatus, C. ad Trebell. licet agatur hypothecaria, ista non requirentur; sed tantum id, quòd in petitione hæreditatis requiritur, ut dicit ibi Bald. colum. fin. Vide etiam in ista materia notabilem quæstionem, quam ponit Spec. tit. de oblig. et solut. §. 1. colum. penult. versic. sed quid si T. debitor meus, ubi querit de debitore, qui aliquam rem possidebat sine titulo, et obligavit creditori omnia bona quæ habebat, et habiturus erat, et antequàm completeret in illa re prescriptionem decessit, et hæres ejus, continuato tempore defuncti, complevit prescriptionem; an convalescat pignus quoad utilem hypothecariam in illa re? Et concludit, quòd sic. Vide ibi.

(2) *Cela empeñar.* Vide quæ dixi in gloss. præcedenti.

(3) *Non le finca.* Ortum habet ista lex à l. si fundus 16. §. in vindicatione 5. D. eod. et à l. mulier 19. D. qui potior. in pign. hab. et à l. Paulus 12. §. 1. D. quib. mod. pign. vel hypot. solv. Et an possessori condemnato in hypothecaria daret istud jus offerendi, quousque suscipiat iudicium super actione iudicati, vide Spec. tit. de obligat. et solut. §. 1. colum. 11. versic. quid si T. mihi condemnatus, ubi tenet, quòd sic; allegat l. item veniant, §. idem recte, D. de petit. hæred. Et limita istam legem in casu, in quo mulier agat hypothecaria contra tertium possessorem pro sua dote constante matrimonio, ut se alat ex ea juxta formam l. ubi adhuc 29. C. de jur. dot. tunc enim non esset cogenda talis mulier recipere pecuniam dotalem sibi oblatam à possessore, sed poterit tenere bona sic hypothecata, ut ex fructibus eorum se, et familiam alat, ut in dict. l. ubi adhuc; ita tenet eleganter Cinnam in l. cum tibi, C. qui potior. in pign. hab. ubi

Alberic. et Salic. et idem tenet Paul. de Cast. in l. 2. in princ. D. solut. matrim. et Bald. novell. in tract. de dote, fol. 59. column. 1. versic. 47. privilegium, ubi istam doctrinam dupliciter limitat, videlicet, nisi talia bona hypothecata essent mercantia, vel nomina debitorum, vel talia, ex quibus mulier non posset se sustentare, nisi dicta bona redigerentur ad pecuniam penes se tenendam; vel quando fructus bonorum hypothecatorum valdè super excederet expensas onerum matrimonii: vide ibi per eum.

(4) *Ologar.* Adde dict. l. mulier. 19. D. qui potior. in pign. hab. et debet cedere tam personalem, quam hypothecariam, ut ibi habetur.

LEX XIX.—De la cosa que fue dada a peños, si despues que fue demandada en juyzio, fue raspuesta, o perdida, o empeorada, como se deve tornar a pechar (a).

Seyendo (1) vn ome tenedor de vna cosa, diziendo otro alguno, que aquella cosa que gela empeñara aquel cuya era; si despues que gelo ouiesse prouado, aquel que fuese tenedor della engañosamente (2) la traspuesiese, diziendo que la non podia auer; estonce el Judgador deve mandar al que la demanda, que jure quanto daño, o menoscabo le viene, porque non le entrego aquella cosa. E por quanto jurare, deve mandar al otro, que gelo peche (3) con la debda que le deuia. Pero el Alcalde deve primeramente tassar la estimacion del tal daño, o menoscabo, ante que otorgue la jura a la otra parte. Mas si acacesciese que la cosa empeñada se perdiesse, por culpa de aquel que era tenedor della, e non por engaño que el fiziesse, entonce non le deve mandar pechar, mas de aquello (4) que auia sobre ella. E si por auentura non fuesse la cosa traspuesta engañosamente, nin perdida por culpa del que la tenia, mas seyendo tenedor non la quisiesse entregar; estonce en su escogencia es, del que la demanda, de jurar por ella, segun que es sobredicho, e pechargela ha con los daños, e los menoscabos; o de pedir al Judgador, que gela tuelga por fuerza (5), e que le entregue della. Mas si la cosa fuesse en tal lugar, que auiendo voluntad de la dar, non lo pudiesse fazer; entonce non lo deve condenar en ninguna de las maneras sobredichas, pues que por su engaño non fue traspuesta. Mas deve tomar tal recabdo (6) (b) del, que lo aduzga a algun dia señalado, e la entregue a aquel que la tenia en peños, o que pague la debda, que el otro auia sobre ella. Esso mismo dezimos que deve ser guardado en todas las cosas (7) sobredichas en esta ley, si alguna dellas fiziesse aquel mismo, que ouiesse empeñado la cosa.

(a) L. 3. tit. 19. lib. 3 del F. R.

(b) Es decir, caucion ó fianza.

LEY XIX.—Si postquam creditor contra debitorem, vel tertium tenentem pignus, probavit pignoris constitutionem, et tenens dolosè transportet, ne tradere queat, solvet ei debitum, et super interesse jurabit creditor in litem judiciali taxatione prævia; sed si non dolo, sed culpa res absit, tenetur ad debitum tantum: si autem tenet rem, sed restituere recuset, eligit creditor, an sibi solvatur debitum, et interesse, ut supra, vel quòd ei iudex violenter auferat pignus. Si verò res sit in loco, ubi restitui non possit de presenti, et non commisit dolum, sed habeat restituendi voluntatem, præstabit cautionem usque ad certam diem daturum, et restitutum, aut debitum soluturum. Hoc dicit.

(1) *Seyendo.* Prosequitur notata per Azon. C. eod. in summa column. fin. vers. sed ubi judiciario ordine.

(2) *Engañosamente.* Dolus ergò habetur pro possessione, l. qui dolo 151. D. de regul. jur.

(3) *Que gelo peche.* Quantò tamen amplius debito creditor conquisitus fuerit, restituere debet debitori pignoratitia actione, ut in l. si inter 21. §. fin. D. eod. quòd videtur intelligendum in eo, quòd attinet ad valorem rei, seu in id, quòd attingit ad rem; quia hoc per pignoratitiam restituendum est debitori, ut ibi: si tamen creditor ultra hoc aliud damnum sentiret, tunc sibi possit retinere, neque tenebitur id debitori restituere.

(4) *De aquello.* Planè procedet, quando creditor numquam habuit possessionem rei hypothecata; si verò habuit possessionem, et sua culpa illam amisit, tunc alius possessor, de quo hic, ex quo sua culpa amisit, tenebitur creditori ad interesse rei amissa ultra debitum; quia in tantum creditor debitori tenetur, ut in l. si culpa 65. D. de rei vind. et ita intelligit Glos. in l. si inter, §. fin. D. de pign.

(5) *Por fuerza.* Manu militari, ut in l. qui restituere 68. D. de rei vindicat. l. 2. tit. 27. Part. 5.

(6) *Tal recabdo.* Adde l. si fundus 16. §. in vindicatione 5. D. eod.

(7) *En todas las cosas.* Et sic quando debitor dolo non restitueret pignus, juratur in litem contra eum, et tenebitur ad id, in quo, taxatione iudicis præmissa, juratum fuerit: quòd de stricto jure planè procedit, ut dicit Azo C. eod. in summa, circa finem; de æquitate tamen non tenetur, nisi ad debitum, ut in dict. l. si fundus 16. §. si pluris 6. et in dict. l. si inter 21. §. fin. D. eod. Sed adverte tu, quia ista lex Partitarum æquitatem hanc non admisit; neque in hoc voluit, quòd esset differentia inter debitorem, et alium possessorem extraneum, quemadmodum voluit dictus §. si pluris, et dict. §. fin. et Glos. et Doctores, qui ita intelligunt: crederem tamen, attento etiam isto jure Partitarum, dicendum, quòd aut id, quòd ultra debitum creditor isto casu consequeretur à debitore, teneretur restituere ipsi debitori, quemadmodum teneretur, quando exigeret ab extraneo; tunc in tali casu non debeat exigi à debitore, ut in dict. §. si pluris, et ibi Bart. Si vero esset aliquid, quòd non esset restituendum debitori, sed propriæ utilitati creditoris cedere deberet, ut dixi supra in gloss. 5. et tunc planè procedit ista lex, et idem esset de jure communi, ut est de mente Bart. in dict. l. si inter, §. fin. dum loquitur de creditore, qui ob chirographiam pecuniam poterat pignus retinere.

LEY XX.—Como, si algunos de aquellos que tienen las cosas a peños, las pierden, o se empeoran por su culpa, las deveu pechar (a).

Gran femencia (1) deve poner en guardar la cosa, todo ome que la rescibe en peños; de guisa, que por su culpa, nin por su negligencia, no se pierda, nin se empeore. E para esto ser bien guardado, ha menester que non vse (2) los peños, ni se sirva dellos el que los tiene (b). Fuera de ende, si lo fiziere en buena manera (3), de guisa, que non valan porende menos. E aun esto, que lo fagan con plazer, e con mandado de aquellos cuyos son. Ca los peños principalmente son dados, por auer seguridad de lo que dan sobre ellos aquellos que los resciben por peños, e non por vsar dellos (c). E porende dezimos, que si alguno contra esto fiziere, e la cosa empeñada se perdiesse (4), o se empeorasse, vsando della contra voluntad del señor della, o si de otra manera le viniessse este daño por culpa (5), o por negligencia de aquel que la tiene en peños; que es tenuto de la pechar. Mas si acacesciese la perdida, o el empeoramiento en la cosa empeñada, por ocasion, e non por culpa, ni por engaño que fiziesse aquel que la tenia a peños, non seria tenuto de la pechar. Ante dezimos, que aquel cuya era, es tenuto de dar al otro la debda (6) que ouiesse sobre ella. Pero este que tomo la cosa a peños, deve prouar la ocasion, por que dize que se perdio la cosa. E prouandola, es quitto (7) de la demanda, e deve cobrar lo que dio, assi como de uso

es dicho. Fuera ende, si el otro, cuya era la cosa, pro- uasae que la ocasión auinjera por culpa del que tenia la cosa a peños. Ca entonces, como quier que deue cobrar su debda, tenuto es de pechar la cosa; pues que se perdió por ocasión que auino por su culpa.

(a) L. 3, tit. 19, lib. 3 del F. R.

(b) (c) Porque en el contrato de peños ó prendas no pasa al acreedor otro derecho que el de custodiarlas, lo mismo que en el de depósito.

LEX XX.—Creditor non debet uti pignore sine licentia debitoris; et si contrarium fecerit, vel si culpa seu negligentia creditor pignus deteriorauerit, debet damnum resarcire; sed si casu, non culpa, vel dolo creditoris, pignus perdatur, seu deterioretur, non tenetur, imo etiamsi tale contingat, tenetur debitor creditori solvere debitum: tenetur tamen creditor probare casum; si tamen debitor probauerit, casum provenisse culpa creditoris, tenetur creditor satisfacere debitori, et ipse debitum solvere creditori. Hoc dicit.

(1) *Gran femencia.* Id est, exactam diligentiam, ut hic, et in §. fin. *Instit. quibus mod. re contrah. oblig.* et l. *si cum venderet* 13 §. 1. D. *de pign. act.*

(2) *Non use.* Adde l. 5. tit. 14. 7. *Part.* et quod ibi dicam: posset tamen creditor uti re pignoratam ad usum destinatum, et per dominum consuetum, ut probatur in l. 1. et ibi notat Joan. Fabr. *C. de pign. act.* et potest cadere sylvam solitam cadi, ut tradit Bart. in l. *si conuenerit*, §. *si quis*, D. *de pign. act.* et an possit perficere edificium ceptum per dominum, vide Bart. in l. *si seruos*, D. eod.

(3) *Manera.* Ut bonus paterfamilias, l. *ea igitur* 14. D. *de pign. act.*

(4) *Se perdisse.* Etiam sine dolo, et culpa utentis alio modo, quam deberet; ut in l. *qui furtum* 16. D. *de condict. furtiva*, et satis probatur in ista lege, cum in casu sequenti dicat de culpa, in isto non.

(5) *Por culpa.* Venit in hac actione pignoratitia dolo, lata, et levis culpa, non leuissima, ut in dict. §. fin. *Instit. quibus mod. re contrah. oblig.* et in l. *si cum venderet* 13 §. fin. cum l. sequent. D. *de pign. act.* et hic, et in l. *si creditor* 5. et l. *quae fortuitis* 6. *C. de pign. act.*

(6) *La debda.* Adde l. *quae fortuitis* 6. et l. *pignus* 9. *C. de pign. act.* et dict. §. fin. *Instit. quibus mod. re contrah. oblig.*

(7) *Es quitto.* Appobatur opinionem Azon. *C. de pign. act.* in summa column. penult. versic. *sed nunquid probabit creditor*, et Acursi in l. *si creditor*, *C. de pign. act.* et vide quae dixi in l. 10. tit. 14. 3. *Part.* et in l. 15. tit. 8. ista *Part.*

LEY XXI.—Quando deuen tornar las cosas, que los omes tienen a peños, a aquellos que gelas empeñaron (a).

Queriendo alguno cobrar la cosa que ouiesse empeñada, deue primeramente pagar (1) la debda, que rescibio quando la empeño. E non tan solamente deue pagar la debda, mas todas las despensas guisadas, que fueren fechas por pro (2) de la cosa empeñada, para mantenerla, que non se perdisse, o se empeorasse, o para mejorarla; assi como si fuesse bestia, que le deuesse dar ceuada, e las despensas que fizo dandole a comer, e las que fizo en ferrarla, o en las otras cosas semejantes destas que le eran menester; e si era casa, que le deuen otrosi dar las despensas que fizo en refazerla, para mejorarla, o en repararla, porque se non empeorasse; o si fuesse heredad, e la labrasse, que le deue dar otrosi las despensas que fiziere en qualquier destas maneras, o en otras semejantes dellas, descontando en la debda los frutos (3), que ouiesse ende cogido aquel que la tenia en peños, o el alquile de la casa, si moro en ella (4) aquel que la tenia a peños. E seyendo pagado de la debda, e de las despensas, assi como sobredicho es, tenuto es el que tenia (5) la cosa a peños, de la dar luego a aquel que gela empeño. E si gela non diere,

non poniendo, nin prouando ante si ninguna razon derecha, por que se pueda defender de gela dar, deue pechar la cosa con los daños, e los menoscabos, e ser creydo por su jura (6), aquel que la empeño, tambien sobre la valia de la cosa, como sobre los daños e los menoscabos que le vinieren por razon della. Pero el Judgador deue apreciar primeramente la valia de la cosa, e otrosi los daños, e los menoscabos, e señalar quantia guisada, e derecha, segund su aluedrio, fasta ol de la jura, porque el otro non pueda auer razon de jurar desaguisadamente.

(a) L. 3, tit. 19, lib. 3 del F. R. — L. 1, tit. 1, lib. 40 de la N. R.

LEX XXI.—Si debitor soluat creditori debitum, et expensas per creditorem, ut pignus melioretur, et non deterioretur factas; tenetur tunc creditor restituere debitori pignus cum incrementis: et nisi creditor hoc faciat, et restituere recuset, jurabit in litem debitor super interesse, et pignoris valore, praevia iudicis taxatione, ne immoderate habeat occasionem iurandi. Hoc dicit.

(1) *Pagar.* Adde l. *si rem alienam* 9 §. *omnis* 5. D. *de pign. act.*

(2) *Por pro.* Adde Gloss. in l. *si seruos*, D. *de pign. act.* et ibi Bald. illam notat, et hic est text. pro dicta Glos. et sic creditor potest petere, ne dum expensas necessarias, sed etiam utiles, ut hic habetur ibi: *O para mejorarla.*

(3) *Los frutos.* Adde l. 2. supra eod. et quae ibi dixi.

(4) *Si moro en ella.* Vult ergo ista lex, quod si creditor inhabitavit domum pignoratam, teneatur ad pensionem; quod Paul. de Cast. limitat in l. 1. ad finem, *C. de pignorat. actione*, quando creditor esset aliam domum conducturus, si hanc non habuisset; tunc enim debet praestare illam pensionem, quae ex domo illa consuevit percipi: secus vero si non fuisset domum conducturus, si hanc non habuisset; nam tunc potius videtur inhabitare pro utilitate domus, ut melius sit habitata, quam inhabitata; et est singularis limitatio, et vide quae dixi supra eod. tit. 1. 2. Et in casu quo creditor, facta diligenti inquisitione, non reperiret conductorem, cui domum locaret, satis planè procedit dictum Pauli de Cast. si tamen poterat eam locare, Abb. in cap. *cum contra*, *de pign.* ad finem, vult, quod teneretur ad pensionem, quae percipi potuit; quod dictum Abb. an sit verum, pendet ex decisione eorum quae dixi supra eod. in l. 2. in gloss. supra verbo *que esquilme*, et tradit Alex. cons. 141. column. 5. incipit *viso themate*, in 2. dubio, col. pen.

(5) *El que tenia.* Sed contra alium possessorem non datur pignoratitia, cum sit personalis, et non scripta in rem, nisi foenus intercederet, ut in cap. *cum constat* 8. *de pignor.* Bald. in l. 1. *C. de pign. act.* et in cap. 1. in fin. *de feudo dato in vicem leg. commissor.*

(6) *Por su jura.* Est enim haec pignoratitia actio bonae fidei, ut in §. *actionum* 28. *Instit. de action.* et sic juratur in litem, ut in l. *in actionibus*, 5. D. *de in litem jur.* Et nota, quod creditor, cui debitum est solutum, tenetur pignoratitia, ut restituat rem, non solum quando res ei tradita fuit à debitore, sed etiam quando res pignoratita pervenit ad eum aliàs, ut notat Bart. in l. *inquilino*, D. *de damno infect.* et Bald. in rubrica *C. de pign. act.* et satis probatur in ista lege, cum supra dixi: *Tenido es el que tiene la cosa a peños, etc.* et procedit etiam in pignore praetorio, ut in l. *is cuius* 5. *quæri poterit* 21. D. *ut in possess. legator.* tenet Bald. in dict. rubrica, et Bart. in dict. l. *inquilino*.

LEY XXII.—Como aquel que empresto a algund ome sus dineros sobre peños, maguer sea pagado dellos, puede retener los peños, por razon de otra debda que le deniesse.

Sobre peños (1) deuiendo vn ome a otro marauedis, si despues con aquel mismo faze otra debda, rescibiendo del marauedis (2) con carta (3) sin peño, maguer pague la vna debda, si el otro non le quisiere tornar los peños, fasta quel pague la otra debda que le deuia con carta, bien lo podria retener (4); como quier que aquel peño non le fuesse obligado señaladamente, por la

debda que despues le demanda. E esto dezimos que deue ser guardado tan solamente, a aquellos que fazen el debdo, e a sus herederos. Ca si acaesciesse, que aquel cuyo es el peño, lo empeñasse, o lo vendiesse a otro, seyendo tenedor del peño aquel a quien fue obligado primeramente; si este a quien fue empeñado, o vendido, la segunda vez, dixesse al primero: Dadme el peño (5) que vos empeño fulan, e rescibid de mi lo que aueys sobre el; que a mi lo ha empeñado, o vendido; en tal caso como este tenuto es, de rescibir su debda que auia sobre el peño, e de entregar al otro la cosa que era empeñada; e non se puede excusar que lo non faga, maguer diga, que aquel que gelo empeño, le auia a dar otro debdo por carta; assi como sobredicho es.

LEX XXII.—Potest creditor retinere pignus, quod recipit à debitore, pro alio credito, quod sine pignore eidem mutuavit debitori, donec utrumque creditum sibi solvatur; quod est inter contrahentes, et eorum haeredes observandum. Si tamen debitor, cuius est pignus, alteri illud pignoret, vel vendat; potest iste secundus creditor petere à primo creditore pignus, solvendo ei suum creditum, nec potest excusari praetextu alterius debiti, quod sibi debetur. Hoc dicit.

(1) *Sobre peños.* Etiamsi sit pignus praetorium, vel iudiciale, procedit ista lex, secundum Gloss. in l. 1. in gloss. fin. *C. etiam ob chirographar. pecun. pign. retin. pos.*

(2) *Rescibiendo del marauedis.* Idem, si ex alia causa sit debitum, dum tamen debitum sit exigibile, ut voluit Gloss. et Doct. in dict. l. 1. *C. etiam ob chirographar. pecuniam*, de qua ista sumpta est; licet, si debeatur species, Salic. ibi dubitet.

(3) *Con carta.* Idem dic, si debitum sit sine chirographo, ut dicit Gloss. in rubrica *C. etiam ob chirographar. pecun.* quae hoc dictum sumpsit à dictis Azon. *C. eod.* in summa, et approbatur communiter per Doct. ibi, cum eadem sit actio, et ponitur hoc causa exempli.

(4) *Retener.* Non tamen poterit pro tali debito vendere pignus, gloss. fin. in dict. l. 1. et approbatur communiter. Si tamen creditor vendat pignus pro debito sub pignore, poterit residuum in isto debito computare, ut in l. 1. et 2. D. *de compensat.* Cynus, et Doct. in dict. l. 1. Et quod habetur in ista lege, procedit etiam si creditor accepit unum pignus valde idoneum pro uno debito, et pro alio accepit pignus minus idoneum; nam et pro utroque debito poterit retinere pignus magis idoneum, secundum Jacob. de Aret. Alber. et Salic. ibidem. Procedit etiam ista lex in tacita hypotheca, secundum Alber. ibidem column. 2. cum sit eadem ratio: adde Bartol. in l. *solutam*, §. *solutam*, D. *de pign. act.* Procedit etiam, secundum eundem Alberic. ibidem, etsi creditor fecerit remissionem debiti, quod erat sub pignore; quia per hoc non videtur renuntiasse huic juri retentionis. Procedit etiam, secundum eundem, etsi quis commodavit pignus alieni, ut pignori daret pro decem; nam et poterit retineri pro creditore pro alio debito, sine pignore sibi debito à debitore; quia tacite videtur commodans consentire redemptioni, sicut consentit obligationi, argum. l. *si quis pro eo* 36 §. *si nummos* 2. D. *de fidejussor.* et l. 2. D. *ai municipal.* Item procedit, si tale debitum sit ante dationem pignoris, vel post, secundum eundem Alberic. ibi post Uber. de Bobio. Similiter procedit pro debito haereditis, cum eadem persona censeatur cum defuncto: facit l. *si non sortem* 26. §. *filiusfamilias* 9. D. *de condict. indeb.* secundum eundem Alber. et Uber. et satis probatur in ista lege inferius, ibi: *E a sus herederos.* Procedit etiam, etsi creditor sit jam condemnatus à iudice, ut pignus restituat, quia debitum fuit solutum; quia iudex in condemnatione hoc beneficium non abstulit, neque auferre potuisset, argum. l. *adulter* 5. cum simil. *C. ad Leg. Jul. de adult.* Si tamen ante sententiam de ista retentione fuisset oppositum, et ea non obstante condemnatus fuit ad restitutionem, tunc uti non posset retentionem, ut in l. *si autem* 8. §. fin. cum simil. D. *de negot. gest.* tenet idem Alber. post Uber. licet huic dicto contrariari videtur, quod notat Bald. in l. *per hanc*, col. 4. vers. *dubitari potest*, *C. de tempor. appel.* vide ibi per eum, nam ejus dictum non credo esse

verum, quia etiamsi creditor recipiat solutionem debiti sub pignore, potest adhuc uti, et opponere de retentione, ut hic probatur, et voluit Doct. in dict. l. 1. cuius contrarium praesupponit Bald. pro fundamento dicti sui. Limita nunc istam legem, ut procedat in pignore rei corporalis; illa enim verè possidetur: secus esset in nomine obligato, vel alio jure incorporali, cum ista non verè, sed quasi possideantur. Alber. ibidem col. 2. qui refert Ubert. quod etiam in istis habeat locum ista lex, et dict. l. 1. quia et in his habet creditor utilitatem hypothecariam, ut in l. *nomen* 4. *C. quae res pign. oblig. pos.* Alber. ibi refert, alios tenere contrarium, quia ista verè non possidentur, D. *de acquir. rer. domin.* l. *servus*, 45 §. *incorporates* 1. et istud videtur tutius, quia cum ista lex aliquid statuat contra jus commune, non videtur posse extendi ad impropria, l. *jus singulare* 16. et l. *quod vero* 14. D. *de legib.* Secundò limita istam legem, si creditor concessit pignus debitori precario: nam si creditor volens revocare precarium, debitor offerat debitum, liberatur pignus, l. *si debitor* 11. D. *de precario*, et tenet Albericus post Dinum, ubi supra. Tertio limita, si creditor cadat à pignore: quia non potest petere, ut utatur retentione, cum istae leges retentionem, non petitionem inducant; ita videtur velle Gloss. in dict. l. 1. in verbo *persecutionem*, et tenet idem Alb. post Uber. Ang. tamen ibi tenet contrarium, et intelligit Gloss. procedere, quando creditor non cecidit à pignore, et sic quando creditor nunquam pignori incumbit, sed si incumbet pignori, et restituit pignus debitori, et non retinuit illud pro pecunia chirographaria, per conditionem incerti repetet factum restitutionis, eo quod restituit plus debito, cum retinere possit, et non retinuit; et hoc modo recuperabit possessionem pignoris, et incumbet ei pro debito simplici; et refert hoc tenere Jacob. Butri. et bene, ut in l. *qui exceptionem* 40 §. *si pars domus* 1. D. *de condict. indeb.* et l. *sed et si me putem* 22 §. *cum inter*, eod. titul. et è converso, secundum eum, si debitor incumbens suae rei pignoratitae, dissoluto pignore, reddidit rem creditori pro pecunia chirographaria, repetet factum traditionis indebitè factae per conditionem praedictam; et idem tenet ibi Bald. si lectura illa Baldi, et non Ang. est Mihi plus placet opinio Uberti, et Alber. per text. in l. *si in area* 53. vers. *sed et si is*, D. *de condict. indeb.* et ad l. *qui exceptionem*, §. *si pars*, respondetur, quod ibi haeres tradidit dominium, quod erat apud eum, rei traditae, ideò nil mirum si repetat in casu illo; sed in casu nostro restituit rem alienam; in qua nihil juris nisi retentionem poterat habere: similiter in §. *cum inter* restituit fundum liberum, ad quod non tenebatur, et sic poterat condicere, cum rem pinguius, quam deberet, reddiderit; hic verò non reddidit rem pinguius quam deberet. Item in utraque lege tractatur de jure coherenti, et inherenti ipsi rei traditae; hic verò de jure prorsus ab ipsa re separato, vel saltem ipsi rei non inherenti. Quarto limita, quando pater obligaret filium in casu l. 2. *C. de patrib. qui fil. distr.* et l. 8. tit. 17. *Partita* 4 nam ille casus singularis non est trahendus ad consequentiam, Albericus ubi supra col. 2. Quintò neque procedet, secundum eum, in casu l. fin. *C. de postlimin. revers.* quia similiter est casus specialis: neque in casu l. *Julianus* 15 §. *offerri* 8. D. *de action. empt.* Item non procedet, secundum Alber. et Uber. ibidem, in tutore obligante rem pupilli, si pupillus petat super hoc in integrum restitutionem; quod ego concederem, quando minor fuit laesus in obligatione pignoris; nam si in hoc non fuit laesus, cum retentio pro alio debito veniat in consequentiam, non est ad quid possit restitui, l. fin. *C. de integr. restit.* Item limita, si expressè fuit conventum, quod non posset retineri pro tali debito, secundum eundem, et alios, in dict. l. 1. Et an contra fidejussorem solventem, et petentem cessionem pignoris, creditor utatur remedio hujus legis, vide Gloss. et Doctores in l. 2. *C. de fidejussor.* Item non procederet, si aliquis ex cessione alterius acquireret sibi jus pignoris, et velit retinere pro alio debito, secundum Cinum. et Salic. ibidem; licet Albericus dubitet: et adde Bald. in l. *consentaneum*, *C. quomodo*, et quando *judex*, column. 5. ubi tenet, quod beneficium hujus legis non potest cedi. Limita etiam, quia in pœnis non procederet ista lex odio pœnarum, secundum Bald. in l. *pignoribus*, *C. de usur.* neque etiam procederet, ubi quis ob unam causam se obligaret ad carceres; nam non poterit ob aliam causam detineri: pro qua captus non est, secundum Joan. de Plat. in l. *nemo carcerem*, col. 7. *C. de exactor. tribut.* lib. 10.

(5) *Dadme el peño.* Ex istis verbis clarè apparet, quod procedat, quod hic dicitur de emptore, et etiam dicebant Gloss. et Doct. in